GREGORIUS MAGNUS
Zwettl, 4. Viertel 12. Jh. Seite 39r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31633
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



formis exterioribus nos ad interiora perducit.
Innuit immensa ammiratione quod est. mira hec
exterius ostendendo. que non est. Hinc enim de sa
pientia scriptum est. In viis ostendit se illis hy
laritur. et omni providentia occurrit illis. Vie
quippe ad creatorem sunt. opera considerata creatu
re. Que dum facta cernimus. potentiam factoris
miramur. In istis viis a sapientia omni nobis provi
dentia occurritur. quia factoris nobis virtus in
querenda proponitur. in omne quod mirabiliter factum
videtur. Et quacumque se verterit anima. si
vigilanter intendit. in his de ipsis dominum inve
nit. per que dereliquit. eius que potentiam ex eorum
rursum consideratione cognoscit. quorum amo
re deseruit. et per que versa cecidit per hec con
versa revocatur. Ubi enim lapsi sumus. ibi incum
bimus ut surgamus. et quasi ibi surgendo
manum considerationis figimus. ubi pede amo
ris lubrici corruentes negligendo iacebamus.
Quia enim ab invisibilibus per visibilia cecidimus.
dignum est ut ad invisibilia ipsis rursum vi
sibilibus innitamur. ut quo casu venit ad infi
ma. eo gradu revertatur ad summa. atque eis
dem quibus corruit passibus surgat. dum sicut
dictum est illa nos ad dominum bene considerata revo
cant. que nos ab eo male dilecta diviserunt.
Heliu itaque ut vim considerationis ammoue
ret. atque ex corporeis rebus ostenderet quanto
sit homine excelsior deus. bene intulit. Sus
pice celum et intuere. contemplare ethera
quod altior te sit. Ipsis enim rebus creatis atque
corporeis agnoscimus. quantum a creatoris nostri subli
mitate distamus. quia per omne quod cernimus esse
humiles ammonemur. ut quasi quedam sit
lectio mentis nostre species considerata creature.
Dicat ergo. Suspice celum et intuere. contem
plare ethera quod altior te sit. Si peccaveris.
quid ei nocebis. Et si multiplicate fuerint

iniquitates tue. quid facies contra eum. Porro si
iuste egeris quid donabis ei. aut quid de manu
tua accipiet. Ac si diceret. Ex ipsis creatu
ris intellige quas altiores te esse corporaliter vi
des. quantum a sublimitate divine potentie
disiungeris. atque ex hac tua consideratione col
lige quia nec dominum bene vivendo adiuves.
nec rursus malis actionibus graves. Si vero sic
superius diximus in celo vel ethere supernas
potestates accipimus. verbis istis heliu consi
derare ammonet. ut quia ipsi angelici spiritus cre
atoris nostri potentiam plene contemplari non pos
sunt. de quibus tamen certum est quia nobis eo ip
so altiores sunt. quo lapsi in infimis non sunt.
videlicet colligamus quanto deo inferiores exis
timus. qui etiam creaturis sublimibus sed longe
illi inferioribus subiacemus. Ac si diceret. Vide
quantum a divina celsitudine separeris. a cuius
potentia etiam ille potestates humilitate contre
miscunt. que te immensa sublimitate transcen
dunt. Et quanto ipse summo inferior es. quid
inferiorem te esse etiam inferioribus deprehen
dis. Ostendens vero summa. reducit ad equalia.
atque ait. Homini qui similis tui est nocebit
iniquitas tua. et filium hominis adiuva
bit iusticia tua. Humana impietas ei nocet.
quem pervertendo inquinat. Et rursus eum ad
iuvat nostra iusticia. quem a pravis actionibus
mutat. Nocere enim vel adiuvare nescivit.
ea que vel a bono corrumpere. vel a malo per
mutare non possunt. Superne igitur potestates eo le
di vel iuvari nequeunt. quo esse iam incommu
tabiles acceperunt. Sed considerare hec nequeunt.
qui terrenis desideriis implicantur. Sparsis enim
enim foris mentibus ad semet ipsos redire dif
ficile est. quia prava itinera semel captos
tanto delectabiliter tenent. quanto in eis om
ne quod libuerit licet. Nullus quippe discipline

39